Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Nikolaus Erasmi

# Serinidos, Hoc est Epigrammatum Georgii Nicolai Erasmi, Ohrdrufiensis De Serino Heroe, Ad Celsissimum Dn. Gustavum Adolphum, Ducem Meclenburgicum, Patriae Patrem, Libri Duo

Gustroiae: Scheippel, 1665

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727400584/phys_0001
DFG

Cq - 1671[1-10]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727400584/phys_0002
DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727400584/phys_0004
DFG

# *SERINIDOS,*

Hoc eſt

EPIGRAMMATUM

GEORGII NICOLAI ERASMI,

OHRDRUFIENSIS

DE

# SERINO HEROE,

Ad

CELSISSIMUM

DN. GUSTAVUM

ADOLPHUM, Ducem Mec-
lenburgicum,

PATRIÆ PATREM,

## *LIBRI DUO.*

---

GUSTROJÆ,
Literis CHRISTIANI SCHEIPPELII, Typographi aulici, Ao. 1665.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0005
DFG

## AD LECTOREM.

I.

FAutorum cur non præfigunt carmina carmen?
Diſcrimen metuunt carmina noſtra ſuum:
Si mala, laudabit, vitio ſeductus, amicus,
Elogio, Lector, ſi bona, fautor eris:

II.

AD nos, Serrinum, qvem deduxêre Novellæ,
Carmine propono, Lector amice, tibi.
Proditione habeat qvædam, ut nova fama ſubinfert.
Ettolli, laus eſt, proditione canes.

SERINIDOS

# SERINIDOS,
hoc eſt
## *EPIGRAMMATUM*
GEORGII NICOLAI ERASMI,
DE
## S E R I N O
V I C T O R E,
LIBER PRIMUS.

I. Ad Sereniſſimum DN. GUSTAVUM ADOLPHUM, Ducem Meclenburgicum,

*Regia progenies, celebri Dominator in orbe,*
*Terra Obotritarum quà patet, eſto favens,*
*Lumen & adde tuo clemens de Numine noſtris*
*Carminibꝰ, patrii ſplendide Phœbe ſoli,*

*Et potero verſu Serrini facta notare,*
*Fataq; mœſta Elegis enumerare novis.*

2. Ad Eundem.

*DUx pie, non pridem mea carmina mœ-*
*ſta legebas,*
*Facta, & Serrininunc tibi fata dico.*
*Illa ut fronte, patet, Te perluſtrâſſe ſerenâ,*
*Hæc, ita frons aberit nubila, qvando*
*leges.*

3. Ad Lectorem.

*NOmine, ſi nõ materiæ novitate placebũt,*
*Qvæ de Serrino, Lector amice, noto.*

4. In Gogum.

*SIgnum judicii ſupereſt modò, Goge, ſu-*
*premi,*
*Montibus in ſanctis ut, violente, cadas.*
*Labere Goge potens, lapſûs moderante Se-*
*rino,*
*Judtcio & propius jam nihil eſſe, nota.*

5. De Serino Heroë.

*UNdiq; Gogæos venãs, jugulansq; Cuculos,*
*Accipitris nomen Dux generoſ9 habet.*

6. De Imperatore Gogæo.

*ESt Deus, ut jactat. Numẽ crudele Seringo,*
*Si vivet, Regnis coget abire ſuis.*

7. Ad Lectorem.

*OFfero præcipiti properantia carmina curſu,*
*Si bona ſunt, culpâ, ſi mala, laude carent.*

8 Ad Illuſtriſſimam Dn. Magdalenam Sibyllam, Ducem Meclenburgicam.

*ES Dea terreſtris, ſed qvò ſublimior Orbe,*
*Hòc demiſsior es corde Sibylla pio.*
*Hanc artem, nullo, niſi Salvatore docente,*
*Inclyta Regnatrix, Te didiciſſe, patet.*

9. Ad victorioſum Serinum.

*QVinqvaginta forent tibi millia ſi qvà Virorum,*
*Imperii faceres Turcica Regna tui.*

10. Ad Serinum Heroa.

*Sunt Draco, Belq; Dii, Perſona eſt tertia Gogus:*
*At Danielis eris, magne Serine, loco.*

11, In Gogum.

*Multis pro virgis una eſt tua, Goge, tyrãnis,*
*Tot tibi pro ſcuticis, Goge, Serinus erit.*

12, Ad Nic. Serinum.

GRunnit Aper Mahumedanus, blaſphema loqvendo,
Venâre indomitam, Dux generoſe, ferã.

13. Ad Joach. Henr. Vereggium Roſſevizl Dn.

PAnnoniæ clavq commiſſus jure Serino eſt,
Qvem ſcitè bello, ut pace, tenere ſolet.

14 In Turcas.

NOn atramento virtus Serrinia nigro,
Pingitur hoſtili ſanguine, Turca, tuo.

15. Ad Paulum Ottonem Vereggium, Virum Nobiliſſ.

PRincipibus placuiſſe viris non ultima laus eſt.
Eſt tua, Guſtavo, laus, placuiſſe Duci.

16. In Gogum.

VEl vivum, vel defunctum vis, Goge, Serinum.
O poſſit ſoli vivus adeſſe tibi!

17. Ad militiæ Cæſ. Heroas.

BEllorum virtute Duces præſtate Serino,
Poſtq; Deum, ſummum Cæſaris eſſe bonum.

18. Ad

18. Ad Nic. Serinum.

AN *dolus, an virtus, ajunt, qvis in hoſte reqvirat?*
*Virtuti debet Thrax ſua damna tuæ.*

19. Ad Militem Gogæum.

QVando *magnanimum rapient ſua fata Serinum,*
*Te celebraturum jubila feſta, puto.*

20. De Serino Heroë.

DUx *Erymanthæos jugulat feliciter Apros.*
*Venator longi temporis eſto, precor.*

21. Ad Serinum Heroa.

THreicii *terras invadis qvando Tyranni,*
*Imbelli generi parcito, ſunt homines.*

22. De Militibus Gogæis.

UBera *fœmellis qvod, virginibusq́; papillas*
*Abſcindit, natum eſt tigride, turpe genus.*

23. Ad Nic: Serinum.

PAnnonicæ, *es Victor populi, fortiſſime gentis,*
*Qvod Turcæ exitio perdidicêre ſuo.*

24. Ad Dan. Janum, Ephorum ſuum.

*OMnibus in templis lachrymis adeatur, oportet,*
*Ut pia Serrini ſoſpitet arma DEUS.*

25. Ad Lectorem.

*SI mala ſunt, nec enim infiteor, mea carmina qvædam,*
*Qvem malè deſcribunt, eſt qvoq́ Turca malus.*
*Si qvædam bona ſunt, & talia ſuſpicor eſſe,*
*Serrino debent, qvod bonitatis habent.*

26. Ad Serinum Heroa.

*DExtrâ proſternens Apros Gogi, atqve Magogi,*
*Venator coram ſtrenuus es Domino.*

27. De Milite Gogæo.

*SErrinum armatus ſi fortè videret inermē,*
*Conſuleret vitæ, diffugiendo, ſuæ.*

28. De Serino.

*INteger ut probus eſt, ſic integer improbus Heros.*
*Lætus & hæc, uno pectore, læſus agit.*

29. Ad Serinos Fratres.

*FUndite ſangvineos, vehementer tundite Turcas,*
*Findite ſævorum, ſcinditeq́ enſe caput.*
*Pannonico diſcant ut tandem parcere Regno,*
*Imperioq́ hiſcant cum Mahumede ſuo.*

30. Ad Nic: Serinum.

*PAr contra Turcas Heros tibi nemo videtur,*
*Si cupis, ad ſpeculum ſtato, videre parem.*

31. In Turcam.

*POſt † Crojæ Dominum non pernicioſiùs ullus*
*Serrino nocuit, perfide Turca, tibi.*

*† Is erat Georgius Caſtriota, ob maximas animi, & corporis dotes Scanderbegus, h. e. Alexander Magnus dictus.*

32. Ad Pannonios.

*SUrgite Pannonii, ſpecimenq́ referte Serini,*
*Fortuna, & virtus Dux ſit, & alma Comes.*

33. Ad Ottonem Frid. von Moltken Nicoriæ Dn.

*PAllida Turcarũ mors eſt Serrinius Heros,*
*Saracenorum maximus Otto fuit.*

34. Ad Comitem de Monte-Cuculi.

*CHriſti Gogæos arce de monte Cuculos,*
*Serrini & Comitis ſtrenuus eſto comes.*

35. Ad ter max, Deum.

*VInea Sanctorum à fœdo corrumpitur Apro.*
*Fac, à Serrinis ut capiatur Aper.*

36. De Gogo.

*AD nos acceßit qvoniam ingratißimus hoſpes,*
*Poſtremo ſedeat, coge Serine, loco.*

37. Ad Serinum Heroa.
De ſupremi Turcarum Præfecti minis.

*DUm cutis exuvias, oleumq́; minatur, obinfert,*
*Qvale genus pœnæ debeat eſſe ſuæ.*

38. De iiſdem.

*TUrca qvod intrivit minitans, ut ſorbeat ipſe,*
*Et læva & victrix ſit tua dextra, peto.*

39. De

39. De Gogæi Exercitûs Imperatore.
Ad Jo. Frid. von Lehſten / Senat. Provinc. Vardoviæ Dn.

*VEnit, qvid vidit? nè vinceret, enſe Serinus*
*Fecit, Pannonici lausq́ʒ, decusq́ʒ ſoli.*

40. In Gogum.

*NE vincas, verùm à magno vincâre Serino,*
*Eſt, tibi qvod toto pectore, Goge, precor.*

41. Serinus in Gogæum Imp.

*TUrca minarum ſi moriar de voce tuarũ,*
*Sit campana mihi garrulꝰ anꝰ anûs.*

42. Ad Serinum Heroa.

*TE ſervet Deus ad vitam feliciter omnem,*
*Omnem ſervetur Gogus ad usqʒ necẽ.*

43. In Gogum.

*DUmmodò cepiſſent, Te, Goge, jubente, Serinum,*
*Coxiſſent oleo barbara monſtra Ducem.*
*At tibi ſi faceret captivo, Goge, Moloſſo*
*Hoc, oleum, atque operam perderet ille ſuam.*

44. In Turcam.

*Perdite, nî remoras faceret Serrinus, haberes*
*In medio calcar Teutonis orbe tuum.*

45. Ad Serinum Comitem.

*Eſto comes, Serrine, viâ feliciter omni,*
*Gogus calcabit qvam ferus, eſto comes.*

46. In Serino maſtiga.

*Livide, qvicqvid ais, non proditione Serinus,*
*Verùm hoſtis vincit perditione ſui.*

47. Ad Sereniſſ. Dn. Guſtavum Adolphum Ducem laudatiſſimum.

*Communis Patriæ Pater, eſto mihi Pater, opto,*
*Donorumq́ꝫ, peti qvæ decet, eſto dator:*
*Pignora ſic potero tria ternis jungere Myſtis,*
*Filia ſic poterit nuberequæq́ꝫ pari.*

48. Ad Celſiſſimam ejusdẽ Conjugem, Dn. Magdalenam Sibyllam, Principem Clementiſſimam.

*Es Mater noſtræ ter jucundiſſima terræ.*
*Natabus Mater ſis, precor usq́ꝫ, meis.*

49. Ad Eccardum von der Lühe/ Schulenburgæ Dn.

EXimiè ducit turmas Serrinius Heros.
Nam Dux eſt Comitum, non comes ille Ducum.

50. Ad prolem Serinianam.

SUrgitis ut catuli, generoſâ ſtirpe, Leonis.
Diſcite Treicios dilaniare Lupos.

51. Ad Leopoldum Cæſarem.

Nè tua majeſtas cadat, invictiſsime Cæſar.
Elige Serrino mente, manuq; pares.

52. Ad Joach. Henr. Vereggium, RoſſevizI Dn.

MIlitiæ decus eſt Petro cum fratre Sering.
Nobile par fratrum militiæ decq eſt.

53. De Moloſſo Thracio.
Ad Serinum Heroa.

Oblatrat irarũm plenus, ſed grando globorum
Offa eſt irato projicienda Cani.

54. Ad Eundem.

ESt rabidis in Te Muhamedus flammeus iris.
Si placet, huic parcas, nos, patiâre, pati.

55 Serin, iners.

Ad Danielem Janum, Epiſcopum ſuum.

*QVi ſe proqve focis, & ſacris objicit aris,*
*Idem, mentitur litera, qvòd ſit iners.*

56. Ad Ssrinum Heroa.

*ES Scanderbegus factorum nomine, neſcit*
*Viribus immenſis Turca nocere tibi.*

57. Ad Joſuam Arndium, Theol. eximium

*ESt Leo Gogus, & eſt Leo, nobilis enſe, Serinus:*
*Hic ut conſervet, deſtruat ille, pios.*

58. Ad Filios Serinios.

*ÆTatem ſuperate, & vobis ſubdite veſtram,*
*Sitis Pannoniis ut generſa Roſa.*

59. Ad Jo. Erid. von Lehſten, Vardoviæ Dominum.

*MAxima cur neqveo proponere facta Serini?*
*Rem longam neſcit Muſa referre brevis.*
*At, ſi debebunt Heroica facta referri,*
*Producenda mihi longa Serinis erit.*

60. Ad militiæ Cæſ. Heroës.

*Pluri-*

PLurima magnanimi præſtatis facta Serini.
Illum dum laudo, veſtra trophæa probo.

61. Ad Chriſtianum Chemnitium, D. Theologum, amicum veterem,

HEroum qvi nō veterum laudi acta Serini
Aſſociat, totâ eſt mente cuculus iners.

62. Ad Dan. Georg. Morhofium, D. & Prof. Roſt.

PAnnonicum qvovis alio præſtantius aurum eſt,
Cujus Serrinus portio magna Comes.

63. Ad Joach. Chriſtoph. Behr/ Semmeloviæ Dominum.

ECqvid nonnullis potuit feciſſe Serinum
Exoſum? virtus maxima, non vitium.

64. Ad Joach. von Neſſen/ Conſiliarium æqviſſimum.

COntra crudeleis eſt murus aheneꝰ hoſtes
Serrinos, opto, Cæſaris eſſe decem.

65. Ad Serinum Comitem.

HEroum tecū pars maxima vivere vellem,
Officii, & ſobolis nî prohiberet amor.

Abſens

*Abſens factorum, ceu, qvicqvid inaudio, præſens*
*Exponam brevibus, care Serine, metris.*

66. In Gogum.

*PAnnonicam invito prohibet Te, Goge, ruinam*
*Serrinus, patriæ firma columna ſuæ.*

67. Ad Dn. Guſtavum Adolphum Ducem Meclenburgicum. Anni 1664. votum.

*OPtamus pariter, gravidâ de Conjuge poſſis*
*Serrino ſimilem, Dux, generare Ducem,*
*Cui Meclenburgam pace, ac defendere bello,*
*Sit proprium, qvovis tempore, Adolphe, decus.*

68. De Nic. Serino.

*NOmen habet proavi, cum nomine pectus avitum.*
*Eſt ſoboles magni nominis, atqve rei.*

69. Ad incomparabilem Serinum.

*ADducunt hominum ter centum millia Turcæ.*
*Millia ter, ſatis eſt, objice ſola decem.*

70. Ad

70. Ad Valentinum Bergerum, Gymn. Halenſ. Rect. Civem ſuum.

*SI qvà ſoporatū reperiret Turca Serinum,*
*Dextera nō pilos velleret ampla duos.*

71. Ad victorioſum Serinum.

*MIlitiam Gogi intrepidè qvæ tangit, & angit,*
*Inſtar acinacis eſt umbra, Serine, tua.*

72. Caniſcha. Hic canas.

*POſtqvam clanxiſti, tormentis omnia tentans,*
*Intra Caniſcham, magne Serine, canas.*
*At, cantûs prohibent magno qvoniam agmine Turcæ,*
*Dux Caniſchæ, alio tempore dante, canes.*

73. Ad Serinum Heroa.

*TEr centum Te circumſtant, Dux ſtrenue, Turcæ,*
*Et vivum ad Gogi ducere clauſtra volunt.*
*At Deus auxilio paucorum liberat. opto,*
*Te ſibi qvem Gogus vult, ſit ut ipſe tibi.*

74. In Gogum.

*FAma fuit mendax Serrini nuncia cladis.*
*Interitûs verax, Goge, ſit, opto, tui.*

75. Ad Jo. Reinboth. D. Theologum
Et Holſat. Epiſcopum.

UT voluit, neqviit venari monſtra Caniſchæ,
Heros; ut voluit cætera, ſic potuit.

76. Ad Serinum Comitem.

FIſtula tormenti cecinit, ſaltare Caniſcha
Noluit. heu nimis eſt ambitioſa nurus!

77. Ad Ottonem Frid. von Moltken/
magnâ pietate Virum.

SAxonici Ottones famam extendêre per orbem.
Tu pietate, armis Otto Serinus erit.

De Fabio.

78. Ad Milites noſtros.

RElliqvit Gogo cunctatio veſtra Caniſchã.
Non ita cunctator maximus ille fuit.

79. Ad incomparabilem Heroa,
Carolum Guſtavum Vrangelium,
Svecorum Regni Primatem.

ES terrâ, pelagoq́ȝ potens, nec ſuſtinet ullus,
Vrangeli, terrâ vim, pelagove tuam.

O ſi

*O ſi Gogæos ſimul ire placeret in hoſtes!*
*Horrerent terrâ vim, pelagoq́ tuam.*

80. Ad Com. Serinum.

*UNdiq́ magnanimum ut comitetur gloria, Gogum*
*Innumerabilibus percute vulneribus.*

81. Ad Hardevigum Hanium, Theol.

*SErrini Ducis, invicto qvi Marte triumphat,*
*Nos ſibi qvam vellet, victima Gogus erit.*

82. Ad Serinum Heroa.

*Conjunxiſſe tuum, referunt, Te pluribus agmen.*
*Disjunges hoſtes, magne Serine, tuos.*

83. Ad Serinum Com.

*NEmo tibi bello vixit par hactenùs omni,*
*Nè major Gogus Te ſit, ubiq́ cave.*
*Aſt Heros poteris, conſveto more, cavere,*
*Si triticum paleis objicis arte tuum.*

84. Ad Hoënloium Heroa.

*TEr centum currûs, victu variante repletos,*
*Multo Turcarum ſanguine, lætus emis.*

85. In Gogi Conſtantinopoli 25. Apr. anno 1664. exitum.

*URbe Triumphator cur exis? num, qvia nullus*
*Poſt cladem, infelix Goga, triumphus erit?*

86. Ad Serinum Heroa.

*ACcumulet montes Gogus, Serrine, minarum,*
*Nemo tuæ ex illis militiæ æger erit.*

87. Serinus. En riſûs.

*SUſcitat en riſûs Victor, dum dejicit hoſtes,*
*Et, jugulum feriens, non ſinit eſſe feros.*

Votum.

88. Ad Juſtum Bruiningium, D. & Cancellarium,
Pro celſiſſ. Dn. Magdalena Sibylla, Duce Meclenburgicâ.

*SOſpitet alma Trias prælustris membra Sibyllæ,*
*Serrinum ut poſſit progenerare novum!*

89. In Polyphemum.

*STercore compleri debebant roſtra ſuillo,*
*Dedita voce tuâ qvando Caniſcha fuit.*

Exhi-

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0024 DFG

*Exhilarans pueros tua per crepitacula, mendax*
*Vel verum poſthàc dicito, ſive tace.*

90. Ad Suſam Heroa.

*Militiam exerces dextrâ felice Serini,*
*Threicii ſpernens tela viroſq́; Canis.*

91. Ad Militem Pannonicum

*Eſto memor tandem veterum virtutis avorum,*
*Nitere & ad Gogi nectere frena Lares.*

92. Ad militiæ Cæſ. Heroas.

*Nullum de vobis culpo, dum laudo Serinũ,*
*Omneis Serrinos attamen eſſe volo.*

93. Ad Serinum Heroa.

*Error es, & terror, laudata corona tuorum,*
*Hoſtibus, ac porrò terror, & error eris.*

94. Ad Serinum Heroa.

*Præcipue Heroum, qvos ſecula noſtra coronant,*
*Mors mala ſis reprobis, ſed bona vita probis.*

95. Ad Victorioſum Serinum.

*Est Deus occidui Machmedus, & Orbis Eoi:*
*Huic utramq; Deo percutis enſe genam.*

96. Ad Serinum Heroa.

*Tu capiti inſultas crudelis acinace Gogi.*
*Optimus Heroum es, qvos Leopoldus habet.*

97. In Gogum.

*Laudes ſint fraudes, mortes ſint, Goge, cohortes.*
*Excipiat plauſûs planctus ubiq; tuos!*

97. De Fratrib. Serinis,

*Sunt par Nicoleos, Petro cum fratre, Leonum,*
*Impie Turca, tuos qvod malè tractat Apros.*

99. Inſula Seriniana.

*Inſula vita tibi manſit tua, nobilis Heros;*
*Inſula mors eadem non tua, Turca, tibi.*

100. De Angelo Percuſſore.
Ad Comitem Serinum.

*Centum, octoginta qvi millia qvinq; peremit,*
*Ejus ſe comitem dat tibi dextra, Comes.*

101. Ad Dan. Georg. Morhofium, D. & Prof.

*INnumeri invadunt, quos non Serrinus ad unum,*
*Parvâ ad non unum deſtruit usq; manu.*

102. Ad Hoenloium Heroa.

*RObora prætendens, Dux celſe, animosq; Serini,*
*Eſto Vir, & promptâ pelle pericla manu.*

103. Ad victorioſum Serinum.

*MIlle Viros aliqvot, paucis adjute tuorũ,*
*Sternis, nec cladis nuncia lingua redit.*

104. In Turcas internecione ſublatos.

*QVæ referebatis Præfectis nuncia veſtris,*
*Cùm qvateret Samſon tergora veſtra novus?*

105. Ad Suſam victorioſum Heroa.

*ESt populi Victor Serrinus nomine, req;*
*Laude Serinus es, & laude Serinꝰ eris.*

106. Ad Amicum ſuum Steph. Gamberotium, Reg. Maj. & Regno Sveciæ à conſiliis intimis.

Panno-

PAnnoniæ Regnum murus fuit æneus, at nunc
Horrendis Gogi viribus ille ruit.
Proſpiciente tamen divino Numine, murum
Serrinus poterit reſtituiſſe brevi.

107. In Gogum.

GOge, licet ſuperes numero infelice, Serino,
Væ tibi, ſi decimæ copia partis erit.

108. In Lucilium.

MAgna tibi commiſſa qvidem, ſed parva Serino:
Parvaq; præ magnis nobile pondus habēt.

109. De Serino Heroë.

MUlta tulit, fecitq; Heros, ſudavit, & alſit,
Finibus ut Gogum cogeret ire ſuis.

110. Ad Militem Serinianum.

Inſta, inſta, faciemq; feri, tùm deſine, fortis
Qvando decem exſtinxit Turcica monſtra manus.

111. De militiæ Cæſ. Ducibus.

MIlitiæ Heroës concertent eſſe Serini,
Et referent laudes, magne Serine, tuas.

112. Ad Joach. Ciſtarium J.Ctum, & Reip. Guſtrov. Conſ.

*INſtar habet vituli Gogæus miles, at acer*
*Serrinus forti pro lanione ferit.*

113 Ad Serinum filium.

*DEclaras robur celebris, Serrine, Parentis,*
*Turcarum qvando demetis enſe caput.*
*Diſcito victrici rabidos proſternere dextrâ.*
*Hos tamen in campo, non jugulato domi.*

114. Ad Ottonem Frid. von Moltken/ Nicoriæ Dn.

*MAgnifica in Turcas qvæ præſtitit auſa Serinus,*
*Horum aliqvot puncto linea noſtra notat.*
*At, qvia prole cares, Vir jucundiſſime, lecti,*
*Hæc tibi ſint prolis qvaliacunqve loco.*
*Qvæ, niſi poſt fatum qvoqve ſint mortalia noſtrum,*
*Inſtar adoptivi pignoris eſſe, jube.*

115. Ad Serinum Heroa.

*Nè Dux fortè ruas ad Gogi ſternũe pugnas,*
*Aliger inſultûs excipit omne genus.*

116. Ad Mil. Suæo-Scrinianos.

AN dolus, an virtus ſuperet, qvis in hoſte reqvirat?
*Virtute, haud veſtro prælia facta dolo.*

117. Exercitus diſpar. In Gogum.

SI centum objiciet Serrinus millibus Heros
*Sola decem, fugient, interientq́; tui.*

118. Ad Victorioſum Serinum.

ECcur nemo refert, Te ſuccubuiſſe, Serine?
*Victorum nemo ſuccubuiſſe poteſt.*

119. Ad Eundem.

O Si Gogæum proſternant Teutones agmen!
*Te comite, hoc facient, magne Serine Comes.*

120. In Rapaſium mil. perfidum

ESt Gogæa tibi, Rapaſi, perdite neqvam,
*Serrinus talem tollit ab orbe fidem.*

121. Ad Serinum Heroa.

ES commune, boni, atq́; rei communis amator,
*Prælia procurans, magne Serine, bonum.*

122 Ad Eundem.

NOmen habes, & rem, Dux ſtrenue nominis ipſam,
*Gogæi es victor, magne Serine, gregis.*

123. Præda Seriniana.

SExcentos currûs, Turcis ter mille peremtis,
Aufers cum victu, magne Serine, ſuo.
Pergito victrici rabidos proſternere dextrâ,
Utq; truces egeant, exſpoliare cibo.

124. Ad Forgaſium Militem. Menſe Jun. 1664. interemtum.

AD Te num ſpectant animoſi facta Serini?
Fallitur, & fallit, talia qvisqvis ait.
Verum, nil potuit Poſt Te præſtare peremtum
Pace datâ nemo belligerare poteſt.

125. Ad milites Chriſtianos.

LUdite Chriſtiadæ, Gog9 præſtantia ponit
Præmia, qvæ veſtro diſtribuenda lucro.

126. Ad Serinum Heroa.

PRædatus Chriſti famulos plus mille per annos,
Lucrum per digitos evomet omne tuos,

127. In Turcarnm Tyrannum.

NUm, qvia Serrini clavam exhorreſcis, & enſem,
Vix Adrianopoli manſio tuta tibi eſt.

128. Ad Suſam, & Serinum Heroas.

MOnſtratus, qvantum diſtet piper, atq; papaver,
Sternentes modicâ millia tota manu.

129. De militiæ noſtræ diſſidiis.

Chriſtiadæ ſenſûs ſtudia in diverſa ferentes,
Serrini produnt mœnia, Goge, tibi.
Addent, pergentes vitiorum jungere nævos,
Si non Germanum, Cæſaris omne ſolum.

130. De Nic. Serino.
Ad Juſtum Bruiningium, D. Cancellarium Meclenburgicum.

HActenus in Turcas celſo ivit pectore, lucrum eſt,
Heros ut propriis exeat ipſe bonis,

131. De Forgaſio milite Seriniano.

Militiâ prudens, noſcendo gnarus in hoſte,
Plumbato frontem perterebratus obit.

132. Ad Milites noſtros.

VEſtra novum in Turcas diſcordia fœda Serinum
Effudit. tale eſt ſtultitiæ precium.

133. Ad Salvatorem.

TU defende tuum, Jeſu ter maxime, Regnum,
Nam defenſores ſunt palea, & ſtipulæ.

134. Ad Com. Serinum.

ERrarunt noſtri, precium tibi tale ferentes.
Debebant Turcis hoc numerare lucrũ.

135. In Gogum.

TEutone non obſtante, novum expugnare Serinum
Nôſti; caſtrorum vindice, ſtare neqvis.

136. Vigiliæ Gogææ.

NOn Furiæ tres, excubiæ ſunt mille, vel ultrà,
Unde caput, ſævæ Gorgonis inſtar habes.
Samſone progenitus ſed acinace qvando Serinus
Te feriet, vigiles ſparget ubiq; tuas.

137. Ad Fil. Serinios.

UNdiq; fama licet volitet celeberrima Patris,
Fama ſit ut vobis major ubiq;, precor.

138. In Machmedum Tyrannum.

COnſtantinopolin ſveto redeũdo triumpho,
Cladibus heu debes ſtulta trophæa tuis.

139. Ich kan meinen Sebel an die Wandt hängen.

Ad Serinum Heroa.

ENſem falcatum niſi vis vacuare vaginâ,
Nudabis rabido tergora noſtra Cani.

140. In Gogum.

INfelix eſto numeroſâ, Goge, cohorte,
Serrini parvâ projicitorq; manu.
Millia, qvò diſcas, decies centena tuorum
Ad noſtri nutum Numinis eſſe nihil.

141. In Militem Gogæum.

INvenies ſi ſtans Serrinum Turca jacentem,
Deliqvium vitæ trux patiêre tuæ.

142. Ad Magnanimum Serinum.

COnſilio, dextraq; es formidabilis hoſti:
Hâc velox, illo, qvod meditâre, facis.

143. Ad Excellentes militiæ Cœſ. Heroas.

MAgnanimum exemplo qvando propono Serinum,
Virtutes veſtras nomino, laudo, probo,
Vos etenim qvando is, poſt propugnacula rapta,
Subſiſtit,

*Subſtitit, inſenſis pœna fuiſtis atrox,*
*Conſtantinopolis defleret ut optima bello*
*Pignora, quæ veſtrâ ſuccubuêre manu.*

144. Ad Illuſtriſſimum Dn. Guſtavum Adolphum, Meclenburgicum Ducem.

*TAlia de vitâ meditabar verba Serini,*
*Quamvis factorum ſit modò tactus apex.*
*O poſſem multos ea continuare per annos!*
*Unicus, ut neqveam (res nova) fecit aper.*

145. Ad Lectorem.

*UT potuit, cur non patravit plura Serinus?*
*Dico tribus verbis: Livor, iners vitium.*

# SERINIDOS,
hoc eſt
*EPIGRAMMATUM*
GORGII NICOLAI ERASMI,
LAGÆ PRESBYTERI
DE
# SERINO
VICTO,
LIBER SECUNDUS.

I. Ad Illuſtriſſimum Heroa,
DN. GUSTAVUM ADOLPHUM, Ducem
Meclenburgicum, Principem
Clementiſſimum.

*Carmine deſcriptus faciens, Patiensq́; Serinus,*
*Heros Heroi dandus, Adolphe, fuit.*

*Ille malos vicit Gregibus, Tu Legibus arctas,*
*Ille lepos patrii, Tu decus omne ſoli.*

2. Ad Eundem.

*IMperia, & Regna, atq; Ducatûs aggere firmant*
*Jus, pietasq́; pari qvæ duo lance tenes.*

3, Ad Eundem.

*PArvus erat, qvi magnus erat virtute. Serinus,*
*Magnus es, atq́; animo parvus, Adolphe, tuo.*
*Illo par nemo cùm ſit ditione, faventi*
*Hoc ultimam accedat nomine qvisq; tibi.*

4. De Illuſtri Serinorum familia.

*TEmpore non parvo Domus eſt Serrinia vulnus,*
*Qvo conflictaris, perfide Turca, tuum.*
*Qvando igitur Niclaus obit, fortiſsimus Heros,*
*Concreſcens paulùm trux cacoëthes habes.*
*Dire tamen noli qvicqvam tibi Turca placere,*
*Stirpe, recrudeſcet mox, feriente, malum.*

5. Ad Adamum Chriſtophorum von Bülowen / Illuſtriſſ. Ducis Conſiliarium.

*NUper erat Victor Serrinus, victima nunc eſt.*
*Victor erat Gogi, victima factus apri.*

6. Ad

6. Ad Orbem Chriſtianum,

CHriſtiadæ, fertur funus generale. freqventes
Eſte, & Mavortem contumulate novum.

7. De Apro.

FOrtior hic Aper eſt, Heros cui ſubjacet, illo,
Qvi furit in ſylvis, mons Erymanthe, tuis,
Sexcenta ingenti valuit qvia corpore pondo,
Qvot ſuperat grandi beſtia mole boves!

8. Ad Dan. Janum Epiſc. Guſtr.

QVeis, igne exultans Serrini funera ridet
Caniſchenſis Aper, gaudia fecit aper.

9. Ad Eccardum von der Lühe / Schulenburgæ Dn.

QVem nō audebat viventem Turca videre,
Defunctum ridet, proſeqviturq́ jocis.

10. Pannoniæ ſuſpirium.

QVando feræ immanis trux abſtulit ira Serinum,
Delicium vitæ ſuſtulit omne meæ.

11. De Serino.

PLangite Chriſtiadæ, Gogæi plaudite Turcæ,
Pharmacon, & peſtis namq; Serinꝯ erat.

12. Ad Joach. Henr. Vereggium Eqvit. & Sibbezini Dn.

QVem Veneti ſævis voluere opponere Turcis,
Expoſitus fædæ dentibus ille feræ eſt.

13. Ad Celſiſſ. Heroa Dn. Guſtavum Adolphum, Ducem Meclenburgicum.
De Carolo Principe, die 28. Dec. 1664. in hanc lucem edito.

CArolus eſt genitus ſacra poſt Natalia Chriſti,
Idem Serrinus Dux redivivus erit,
Prælia pro patriâ curans victricia terrâ,
Qvando opus, at noſtrum eſt plangere, nè ſit opus.

14. Ad Illuſtriſſimam Heroida, Dn. Magdalenam Sibyllam, laudatiſſimam novelli Principis Matrem.

QVem, Dux celſa, novi genuiſti Syderis inſtar,
Viribus eſto potens, moribus eſto placens,
Suſtentans Patriam novus æqvis Legibus Atlas.
Sic utriusq; decens forma Parentis erit.

15. Ad

15. Ad Leopoldum Cæſ.

EHeu lugeto, qantũ potes, optime Cæſar!
Præciſa in Turcas dextera namq; tibi eſt.

16. De Caniſchæ Præfecto.

QVàm ſint humani truculenti pectore Turcæ,
Edocuit Præſes, magna Caniſcha, tuus.
Non novit ſtolidus, virtus qvòd in hoſte probanda,
Et livor qvòd poſt fata qvieſcat iners.
Eſt igitur ferulâ dignus, non urbe Caniſchâ,
Cum patiente negans, qvamlibet hoſte, pati.

17. Ad Illuſtriſſimum Heroa, Dn. Guſtavum Adolphum, Ducem Meclenburgicum.

Nè de Serrino dicam qvid, Adolphe, ſiniſtrè,
Irradias verſûs dexter Apollo meos.

18. Ad Joh. Frid. von Lehſten / Senat. Prov.

MUrus erat contra, magno Dux pectore, Turcas,
Hunc murum læſæ ſubruit ira feræ.

19. Ad Joſuam Arndium Theol.

*NEmo hominum ſemper fecit prudenter ubivis:*
*Venator docuit qvando Serinus erat.*

20. De Caniſchæ Præf.

*QVem formidabat vivum ſpectare Leonem,*
*Defunctum barbâ vellicat. o facinus!*

21. Ad. Joh. Reinboth D. Theol. & Holſatiæ Epiſcopum.

*PAnnonicum occidit, moribundus & ipſe, Leonem,*
*Non poterat, Deus hoc nî voluiſſet, aper.*

22. Ad Juſtum Bruiningium Cancellarium Meclenburgicum.

*LÆtitiâ Turcæ Serrini fata celebrant.*
*Nolentesq; colunt feſta ſuprema Ducis.*

23. Ad Jo. Frid. von Lehſten/ de Carolo Principe.

*ESto imitans Patrem, ſtudio pietatis, Adolphum,*
*Serrini & Caroli Carolus eſto manu!*

24. Ad b. m. Serinum Heroa.

*VIctor es, & victus, præclare Serine, ſed heu qvem*

Nemo

*Nemo hominum potuit vincere, vicit aper.*

25. Ad Nobiliſſ. Paulum Ottonem Vereggium.

*UNgula cum feriit Serrinum dura, Coronæ eſt*
*Sublatus princeps unio Pannonicæ.*

26. Ad Serinum Heroa.

*ROre locus, pluviâq; & gramine deſtituatur,*
*Qvo cecidit corpus, care Serine, tuum.*

27. Ad amicum ſuum Jo. Bremerum, Danorum Regi à Conc. aulicis.

*QVæ fera ſubſidium debebat ferre Serino,*
*Supplicium ſummo contulit illa Duci.*

28. Ad Tob. Rombergium, amicum fraternum.

*SErrinus cecidit, ſed non Serrinia virtus,*
*Qvæ fratri, & Natis intemerata manet.*
*Virtute hâc macti, ſuperabunt mœnia Gogi,*
*Et ſpolium facient, qveis fuerant ſpolium.*

29. Ad Civem ſuum Valentinum Bergerum.

Non

NOn uſqvam legitur, qvoqvam peccâſſe Serinus,
Nî, qvando grandem ſolus adortꝰ aprum.

30. Ad Jo. Schmid / Guſtavi Ducis Archiatrum.

PAnnoniæ Medicus, grandi à ſue fractus, obivit.
Qvis nunc, qvi curet damna, Serinus erit?

31. De Apro.
Ad Dan. Georg. Morhof. amicum.

SI nôſſet, qvòd cum magno ſibi pugna Serino
Eſſet, conflictum deſeruiſſet aper.

32. De Caniſchæ Præfecto.

IGnibus exultat variis, & fulmina jactat
Illætum ob lethum, pectore fœdus, Aper.

33. Ad Salvatorem. 1665.

SErrinum dona, ſtrenæ vice, Chriſte, recentem,
Summâ qvi Gogi vi populetur agros.
Fœdifrago & noxam triſti portende Cometâ,
Toxicon in rabidum qvi ſpuat omne Canem.

34. Ad amicum, & Civem ſuum Hieronymum Weizium Prof. Soran.

*Huniades ſtreperos proſtravit acinace Turcas.*
*Huniades magnâ mente Serinus erat.*

35. Ad Hardevigum Hanium Theol.

*Ecqvid Gogæis hæc fecit gaudia porcis?*
*Pro vitâ pugnans acriter, unus aper.*

36. In Gogum.

*Suſa, decus belli, Petro cum fratre Serini,*
*Tibi Nicolaus, Goge, erunt.*

37. Ultima Serini Voluntas.

*Sæpe cruentato ſolatus acinace Turcas,*
*Relliqvit Natis ultima verba ſuis:*
*Sicut noviſtis, Patrem multâſſe Tyrannos,*
*Et, niſi Victorem, non rediiſſe domum,*
*Sic & Gogæo vos arma intincta cruore,*
*Ponè triumphanti digna referte manu.*
*Præſtabunt, Gogæe, tuis ſolatia damnis*
*Hæredes, præter ferrea, nulla tibi.*

38. Ad amicum ſuum Dan. Georgium Morhofium D. & Prof.

*Mente potens Apros tollebat acinace Gogi,*
*Dente nocens, ſylvæ quē jugulavit aper.*

39. In

39. In Serino maſtiga.

PRoditor attulerit qviddam, perverſe, qvid ad Te?
Et Macedo Victor proditione fuit.

40. In Turcas.

OMnia rodenti, qvod triſtia toxica muri,
Hoc tibi magnanimus, Turca, Serinus erat.

41. Ad generoſum Theodoricum von der Lühe / Delicoviæ Dn.

MUnera diſtribuunt, celebrant convivia Turcæ,
Signantes, qvalem dilaniârit aper.

42. Ad Joach. Henr. Vereggium, Eqvit. laudatiſſ.

MAgnus erat Dux, Pannoniis lux, lampade plenâ.
Mars, & mors Gogo dira Serinus erat.

43. Ad b. m. Serinum.

SEu citò, ſeu tardè, ſemel inſanivimus omnes.
O inſaniſſes, magne Serine, citò.

44. Ad ter max. Deum.

*DA, Deus alme, novum, ſtrenæ pro dote, Serinum,*
*Qvem poßit roſtro lædere nullus aper.*

45. In Rapaſium, mil. temerarium.

*VIctima, Ego mallem, verris Rapaſius eſſet*
*Ipſe ferus, qvàm Te, care Serine, feri.*

46. Ad Jo. Moſen, Superint. Ohrdrufien.

*DIrigit omne datum Deus, ut non antè capillus*
*Vertice, vel volucris, qvàm velit ipſe, cadat.*
*Ille igitur, pro qvo tot vota litavimus, Heros,*
*Permittente, fuit, Numine, præda feræ.*

47. Ad b. m. Serinum Heroa.

*PRimus eras; atqve imus eras Serrine, ſed illud,*
*Vincendo, hoc, parvi Te faciendo, petens.*

48. Ad Joëlem Langelottum, Archiatrum, Civem, & amicum ſum.

*DUm mors eſt vehementer apro fortißimus Heros,*
*Idem eſt Heroi mors truculenter aper.*

49. Ad Serinum Heroa.

LEctorem ad lachrymas, ceu præfica, mœſto ululatu,
Carmine lugubri, magne Serine, voco.
O utinam poſſem læto pæane triumphos,
Præ tremulo luctu, concelebrare tuos!

50. In Gogum.

SYlveſtris Lanium quia verres abſtulit, æqvum eſt,
Tergora Carnificem, Goge, fricare tibi.

51. Ad b. m. Serinum Heroa.

CHriſtiadæ Te, Gogiadæ Te, clare Serine,
Lugent, & rident. cur? quia mortuus es.

52 In Cautuſum.

OBſcurabatur totali lumine Phœbus,
Nolebas, populum ad Sacra venire tuum.
Millia complevit curſu loca multa Cometes,
Et notat illa tibi pallida virga nihil.
Fundimus heu lachrymas ob triſtia fata Serini,
Incauto oſtentum negligis ore Dei.

53. Ad Car. Guſtavum Vrangelium, Heroa fortiſſ. & laudatiſſimum.

*INter Tu Svecos, Vrangeli, gloria prima es,*
*Pannonios inter prima Serinus erat.*

54. Ad Dan. Janum, Ephorum ſuum.

*QVod neqviit mundus benefactis pendere lucrum,*
*Hoc illius, apri præſtitit ira, loco.*

55. Ad Eundem.

*FAta Serini, virga Cometæ, verba Prophetæ*
*Sunt, quæ, turpis homo jam reſipiſce, vocant.*

56. Ad Joach. Frid. Gans/nobiliſſimum Ducis Meclenb. Conſiliarium.

*Actio præteriit, ſed paßio dira ſecuta eſt,*
*Victima cùm pugnax mira Serinus erat.*

56. Ad b. m. Serinum Heroa.

*LIvor, qui contra reliqvos poſt fata qvieſcit,*
*Vitâ Te functo, fit redivivus iners.*

58. In Gogum.

Goge

*Goge, tuus domitor nullo eſt diſcrimine victus,*
*Nî, qvando ſævo prælia fecit apro.*

59. De Carolo Meclenburgico Principe deſideratiſſimo.

*Qvalis Pannonico fuit integra vita Serino,*
*(Mors abſit) Carolo talis & eſto Duci.*

60. Ad Steph. Gamberotium, Sereniſ. Svecorum Regi, ac Regno à Conſiliis intimis.

*Præſtabat, lacerâſſe aprum ter mille Columbos,*
*Qvàm celerem, tanti nominis, Accipitrem.*

61. Epitaphium.

*Serrinus, cujus metuebat Turca vel umbram,*
*Jam, defunctorum more hominum, jacet hîc.*

62. Ad Steph. Hanium Theol.

*Spectrum, nec verum non nemo judicat aprum,*
*Pannonicus cecidit, quo perimente, Leo.*

Hujus

*Hujus conſilium * pondo ſexcenta refutant.*
*Omni plus ſpectro pluma valere ſolet.*
** tot enim valuiſſe* Novellarum
*teſtimonio cognitum eſt.*

63. Ad b. m. Serinum Comitem,

*QVam Domini vulpem metuebat vinea noſtri,*
*Mille modis periit caſibus illa tuis.*
*Vulpes eſt vulpes. fuit & tua, tollere verreis,*
*Gloria, ſed tolli, noſter ubique dolor.*

64. Ad Jo. Marci doctiſſimum Juvenem.

*QVo rugiit Leo per Turcas non æquius ullus,*
*Grunniit hunc contra nequiùs unus aper.*

65. De Serino maſtige.

*QVod tibi ſit laudi tot ſecula, magne Philippe,*
*Serrino quidam judicat eſſe probro.*
*Quamvis, dum vixit, virtute eſt latus in hoſtes.*
*Et vicit, dextra mente manuq́; potens.*

66. Ad Hermannum Schuckmannum D. Theologum.
De Serino Heroë.

EHeu, communi Martini infauſta celebrat
Chriſtiadum luctu ſanguine feſta ſuo!
O utinam carnes nunquam guſtâſſet aprugnas,
Forſitan Heroëm non jugulâſſet aper!

67. Ad Eccardum von der Lühe / Schulenburgæ Dn.

QVæ ſolet à canibus lacerari, hæc, omine verſo,
A caulis rapuit trux fera dente, Canem.

68. Ad militiæ Cœſareæ Heroas.

NUper ſangvineo tundebat acinace Turcas,
Et defenſabat Victor ubiq; ſuos,
Nunc jacet exanimis. Vos Martis adeſte ſecundi
Cæſaris Heroës mente, manuq;, loco.

69. Ad Ephorum ſuum Dan. Janum.

OMnia magnanimum plorant Elementa Serinum,
Immineant nobis quæ mala, namque vident.

70. Ad

70. Ad Serinos Comites.

*PEtre, refer Fratrem, Nati prætendite Patrem,*
*Teutoniæ & murum conciliate novum.*

71. In Gogum.

*QVo Conſtantinus ſigno, Serrinus eôdem*
*Vicit adorando Te, violente, crucis.*

72. De N. Serino.

*SEmper erat magno Jovis aliger ille volatu,*
*Qvem contriviſti, Sus Nemeæe, pede.*

73. Ad Jeremiam Bruneggium Illuſtriſſ. Duci à Secretis intimis.

*QVi properè ſtricto proſtravit acinace Turcas.*
*Cujus erat jus, fas nomine ferre preces,*
*Cui nemo invidit, fuerit niſi mente malignus,*
*Qvem trux, audito nomine, fugit homo.*
*Qvo Duce clamârunt toties,* Victoria! *noſtri,*
*Vincitur à victo penè Serinus apro,*

74. Ad Andr. Godefridum Ammonem, Gymnaſii Guſtrov. Rect.

*CAllida Parca fuit, Turcis infeſta, Serinus,*
*Cujus Parca fuit pallida fœdus aper.*

75. Ad Joh. Qviſtorpium, D. Theol.

*NUbila Serrini deplorat fata Cometes,*
*Virgea fax obitum qvando ſecuta gravem,*
*Nec minùs oſtendit nobis mala, namqve furorem*
*Ingeminans loqvitur funera, bella, famem.*

76. Ad Theodoricum von der Lühe / Telicoviæ Dn. Virum Nobiliſſ.

*TEmpore traxerunt laudatum fata Serinum*
*Nubila præſenti, candida præterito.*
*Victor erat vivens, ſed victus, vivere ceſſans.*
*Vita hominis fauſti; Mors hominis miſeri.*

77. Pannonia de Serino.

*REm ſpectro ſimilem, non ſpectrum ſuſpicor ipſum,*
*Delicias animi ſic periiſſe mei.*

78. Ad b.m Serinum Heroa.

*QVantus in infeſtos odii ferat impetus hoſtes,*
*In Te fert tantus, nec minùs acer, amor.*

79. In Turcam.

T*Anqvam Relligio tua partibus omnibus æqva,*
*Et tuus è cœlo regnet ubiq; Deus,*
*Serrini audito ſic funere jubila fundis.*
*Perfundent lachrymæ jubila inepta citæ.*

80. Ad b. m. Serinum Comitem.

H*Erôes, longo victores tempore, vinci,*
*Nunqvam ſperato tempore, poſſe, doces.*

81. Ad Jacobum Schertlingium, Ducis Conſiliarium intimum.

Q*Vem Gogi nunqvam potuit corrumpere ferrum,*
*Corrupit verres, efferus ore, Virum.*

82. Ad Serini Domeſticos.

N*è nimiùm Nati carum deflete Parentem,*
*Nec tibi ſurreptum fœmina clara virum.*
*Sedibus is poſt conflictum lætatur amœnis,*
*Convictumqve Dei gaudet habere ſui.*

83. De Caniſchæ Præfecto.

Ad Henr. Scheferu / Ducis Secretarium.

COlluvies ſcelerum, belli virtutib9 expers,
Virtutes gaudet vi cecidiſſe feræ.

84. Ad Nobiliſſ. Adamum Ottonem Vereggium Benicii Hæredem.

COnſpirant Turcis, qui non in funere lugent,
Qvod penè exſpirans exanimavit aper.

85. Ad Serinum Heroa.

INſignis fueris virtutum norma, Serine,
Quid tum? defunctus, jam ſociâre viris.
At non virtutum defuncta eſt gloria, nempè
Qvælibet in factis eſt rediviva tuis.

86. Ad pop. Chriſtianum.

CRedite Chriſtiadæ, Serrini fata citabunt
Turcas: ceu clarâ voce, Cometa refert.

97. Ad inſignem belli virtute Serinum.

ELogium, Serrine, tuum cantare volebam:
Singultire Elegis, flereq; fecit aper.

88. Vanitas vanitatum.
Ad Frid. Vagnerum Theol.

Nè vitæ credas hominis: properante Serinus,
Qvem non ſperabat, conſulit interitu.

89. Ad D. Johannem Gerdeſium Reip. Guſtr. Conſ.

*Fœdus aper potuit, qvod non potuêre Tyranni.*
*Hi fugêre Ducem, qvem dedit ille neci.*

90. Ad Davidem Sandovium Senatorem Guſtrovicum.

*Qvem vix audito metuebat nomine Verres*
*Threicius, verri ſubjacet ille fero.*
*Res mira eſt, cautum, circumſpectumq́ per omne,*
*Incircumſpectè tantam adiiſſe feram.*

91. In Serinomaſtiga.

*Humanâ, dicis, fraude interiiſſe Serinum.*
*Ipſe tuo dignum corpore fingis opus.*

92. Ad Serinum Comitem.

*Bella nihil, Serrine, tibi nocuêre; duellum*
*Irato mortis cum ſue cauſa fuit.*

93. Ad Salvarorem.

*Qvi furit in nos, is furit in Te, ſancte Redemtor.*
*Fac, eat ad rabidos beſtia ſæva Patres.*

94. Epitaphium.

*HIc jacet ille potens inſigni laude Serinus,*
*Qvis nunc, qvi Turcas corrigat, alter erit?*

95. Sola miſeria caret invidia.

Ad Dan. Janum, Epiſcopum.

*REs miſeræ invidiâ dicuntur, Jane, carere.*
*Serrino miſeras res tamen invideo.*

96. De Serino Heroë.

*FRangere poſſit aper ſævo qvòd dente Leonem,*
*Serrinum, docuit, qvando peremit aper.*

97. In Caniſchæ Præfectum.

*QVamvis viginti ſis victima turpis aprorum,*
*Nemo, vel accenſo ſtramine, lætus erit.*

98. Ad Zachariam Schröderum, Theol.

*QVi Gogi ſtravit, ſociis comitantibus, Apros,*
*Unicus hunc perimit, corpore læſus, aper.*

99. Ad Joach. Henr. Vereggium, magnæ autoritatis Eqvitem.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0058
DFG

COpia Bizanti qvia non eſt facta Serino,
Servata eſt Natis fortè Seriniadis.

100. In Caniſchæ Præfectum.

GAudia facta palàm, Præſes delire, loqvuntur,
Qvem, qvantumq́; Ducem dilaniârit aper,
Sit temerè impenſo temeraria gratia honori.
Gaudia nulla ob Te, cùm morieris, erunt.

101. Ad Carolum Principem.

CArole Princeps, fata deinceps falle Serini,
Apris nè ſolus congrediâre feris.

102. In Serinomaſtigâ.

PRoditor haud fecit, ſed mendax peſſime, fingis,
Qvæ de Serrino prælia fama refert.
Proditor es reprobus, generans ea monſtra, Serinus
Vinceret, ut vicit, ſi ſupereſſet adhuc.

103. Ad Joh. Petræum Reip. Roſt. Conſulem emeritum.

*SUs ferus accipitrẽ violento dente peremit,*
*Debuit hoc precium ferre cuculus iners.*

104. In Caniſchæ præfectum.

*CUi non audebas vivo obmuſſare, procacis,*
*Defunctum ludis neqviter, inſtar anûs.*

105. De Serino

*INdignè cecidit vitâ digniſſimus Heros.*
*Plangite Pannonii, clangite Threicii.*

106. De Serino coronato.

*QVi miſerè cecidit, qvare ſuper æthera fulget?*
*Spinea præcedit, fulva corona ſubit.*

107. Ad Illuſtriſſimum Heroa, Dn. Guſtavum Adolphum, Ducem Meclenburgicum.

*QVo planè es dignus, Dux optime, candor amoris*
*Hunc gratâ juſsit mente dicare Librum.*
*Aſt habitu, qværis, veniant quare omnia pullo?*
*Serrini funus carmina noſtra ferunt,*

108. De Serini occubitu.

*Aprorum*

*AProrum Turcas inſtar qvi pectore magno*
*Fregit, ſylveſtri ſubjavet ille ſui.*
*O fatum memorabile, & o miſerabile fatum!*
*Errâſti errorem, Jus decumane, gravem.*

109. De invicto Serino.

*MIllia Turcarum qvem non potuêre ferorum*
*Tollere, ſolius ſuſtulit ira feræ.*

110. In Caniſchæ præf.

*QVæ Patris cauſâ profundis gaudia, forſan*
*Penſabit lachrymis filius illa tuis.*

111. Ad Dan. Janum, Epiſc. Guſtrovienſem.

*QVis credat, loculo tantillo, funeris inſtar,*
*Pannonios decies condere mille viros?*

112. Ad Petrum Serinum.

*Hæres ut magni fias ex aſſe Serini,*
*Virtutes fratris collige, Petre, tui.*

113. Ad Joach. Chriſtoph. Wehr/ Semmeloviæ Dn.

*EUropæ quavis ut pelluceret in orâ,*
*Virtutum lampas magna Serinus erat.*

114 Ad Leopoldum Cæſ.

*UT fuit infidus pugnax, Leopolde, Serinus,*
*Omnia, ſic precor, ut ſint tua Regna tibi.*

115. Ad Lectorem.

*NOſtra induxerunt rutilum delicta Cometam,*
*Inducet Gogi bella Cometa trucis,*
*Turca in deſertum noſtros convertet agellos,*
*Incultus ſpinis luxuriabit ager.*
*Ut pereas igitur, ſunt crimina continuanda.*
*Crimina, nè pereas, ſunt fugienda tibi.*

116. Ad Juſtum Bruiningium, æqviſſimum, & prudentis. Cancellarium.

*TRiſte Lupis Aries cum fœdis fœdus inivit,*
*Permiſitq́; ſuos (res mala) abire Canes.*

Ad

117. Ad Serinum Heroa.

*FRontem obduxerunt Leopoldo nubila, qvando*
*Occidit heu ſidus, magne Serrine, tuum.*

118. Ad Steph. Gamberotium, olim Diſcip. nunc amicum honorandum.

*FActa tibi, Gambrote, Ducis, vel fata Serini*
*Debebam, prohibet ſed locus, urget amor.*
*Si verò recolis, qvo Te complector, honorem,*
*Vtraqve care potes vir tribuiſſe tibi.*

119. Ad Deum ter maximum De Serino.

*ACcipiter Gogi valido fuit ungue Cuculis*
*Improbus, at populo blanda columba tuo.*

120. Ad b. m. Serinum.

*MOmenti qvibus eſt minimi trux virga Cometæ,*
*His nihil eſt fatum, magne Serine, tuum.*

121. Pax Gogæa.

*Nobis ſunt manifeſta, utinam bona! fœdera, ſed qvæ*
*Vicini ignorant, capta Nihuſa, tui.*

122. Ad Petrum Serinum.

*Officio Fratris cuivis prælate petenti,*
*Poſthàc non ulli, Petre, ſecundus eris.*

123. De Nic. Serino.
Ad Theodorum Soterem Reip. Roſt. Conſ.

*Magnanimus toto vitæ qvi tempore vixit,*
*Non potuit moriens eſſe puſillanimus.*

124. In Caniſchæ Præf

*Exulta, gaude, ride, exhilarare, triumpha.*
*Gaudia fert, Aper, hæc, effere, ſolus aper.*

125. Ad Petrum Comitem.

*Macta Gogæos, qui ſunt feritatis aprinæ.*
*Macta cautus apros, fratre docente, feros.*

126. In Turcas.

OCcubuit Coluber, Baſiliſcum proferet ejus,
Deſine crudelis plaudere Turca, cinis.

127. De Serino.

QVi Mahumedanos toties occiderat Apros,
Efferus hunc rabido dente peremit aper.

128. De Petro Serino.

HActenùs ut Fratri ſimilis fuit optimus Heros,
Sic fratri poſthàc par ſit, eritq́; ſuo.

129. Ad Venetos.

O Veneti, Veneti, qvæ vos fortuna favore
Deſtituit, præda eſt qvando Serinus apro!
Prælia, veſtra fuit, Duce procurare Serino,
Optio, Serrinum his evacuare, Dei.

130. Ad b. m. Serinum Heroa.

HEroum qvoniam virtus in funere vivit,
Vivere virtutem qvis neget ergò tuam?

131. Ad Paulum Ottonem Vereggium, Nobiliſſ. & doctiſſ. Virum.

*Quæ circumſtabãt, per mille pericula rupit,*
*Donec erat fœdo præda Serinus apro.*

132. Ad Joh. Qviſtorpium, D. Theolog.

*TEr centum qvem non potuerunt frangere Turcæ,*
*Interimit roſtro ſaucius unus aper.*

133. Ad Valentinum Bergerum, Gymnaſii Halen. Rectorem, Civem ſuum.

*SÆpius exſtinctum bello dixere Serinum,*
*Qvem ſtatim vitæ fama benigna dedit.*
*O utinam mendax etiam hâc vice fama fuiſſet!*
*Reddidit heu veram præmoribundus aper.*

134. Ad Serinum Heroa.

*NUper eras Gogi victor Serrine. fuiſti*
*Nunc, quando vicit Te fremebundus aper.*

135. Ad amicum ſuum Joach. Melanocephalum, Theol.

*NOs Heröe Deus voluit ſpoliare Serino,*
*Dux ergò, indignus qvo fuit orbis, abeſt.*

136. Ad magnanimum Serinum.

*EHeu, qvot vaſros pugnâſti victor in Apros,*
*Immani donec robore vicit aper!*

137. In Turcas.

*AD cimbam comitabatur Te, Turca, Charontis,*
*Qvem comitata fuit flebilis ira feræ.*

138. Ad Serinum Heroa.

*POſtqvam inſultâſti capiti, fortiſſime, Gogi,*
*Inſultat vitæ, Dux, fera læſa tuæ.*

139. Ad Adamum Ottonem Vereggium, Benizl Hæredem.

*SUdavit multum Serrinus, & alſit abundè,*
*Temperiem ut populus poſſet habere Dei.*

140. De Petro Serino.

*COnſilio magnus curabit prælia Petrus,*
*Curavit Frater non minor illa priùs.*

141. Ad Joh. Reinboth, Holſatiæ Epiſc.

*INtegra qvi fregit Gogæi caſtra furoris,*
*Frangitur ingentis dente Serinus apri.*

142. In Tyrannum Turcicum.

*PAcem feciſti, meditaris prælia, magni*
*Serrini audito funere, magne Canis.*

143. In Eundem.

*DExtra tibi nulla eſt, qvâ pacis fœdera firmes;*
*Qvid mirum eſt igitur, qvòd tua læva fides?*

Ad

144. Ad Lectorem.

*QVamvis offendam Serrini nomine multos,*
*Dico tamen, virtus bellica penè jacet.*

145. De Serino.

*QVi Mahumedis in exitium prognatus aprorum,*
*Hujus in interitum, peſſima nata fera eſt,*

146. Ad Jo. Frid. von Lehſten / Vardoviæ Dn.

*FOrtè, ob Serrinum; ſolo anno pace relictâ,*
*Anni complentur qvinq; bis, atq; decem.*

147. Ad Lectorem.

*CEnſes, prudenter ſemper feciſſe Serrinum?*
*Excipe, crudelem qvando ſecutus aprum.*

148. Ad Serinum Heroa.

*SUs ad mactandum paſſivè naſcitur omnis,*
*Activè una tuo beſtia nata malo.*

149. Ad Chrſtian. Woldenbergium D. & Prof. Roſt.

*OBjectus, mallem Turcis foret optimus Heros*
*Triginta, pedibus qvàm Petulantis apri.*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0068
DFG

150. Ad Pannonios.

*Mille modis Verres ferventem aßetur ad ignem,*
*Namq; bis occidit millia qvinq; virûm.*

151. Ad pop. Chriſtianum.

*Triſtia Chriſtiadæ luctûs date ſigna Serino,*
*Qvem petiit, rigidis dentibus aſper, aper.*

152. De Serino Heroe.

*Herculeâ Turcas qvi vi, ſine fraude, peremit,*
*Robuſtæ opprimitur viribus ille feræ.*

153. Ad Gvinholdum Dincgrafium. Senat. Guſtrovicum.

*Aſpide qvorundam genus eſt truculentius omni,*
*Serrino neſcit cum patiente pati.*

154. Ad generoſum Dietericum von der Lühe/ Telicoviæ Dn.

*Membra viri magni, longâ digniſsima vitâ,*
*E vitâ verres ſuſtulit ore ferus.*

155. Ad Joach. Chriſtoph. Behr/ Semmeloviæ Dn.

*Sunt*

SUnt, qvi Serrinum dixêre fuiſſe Tyrannum,
Chriſtiadas, o ſi detur, habere decem!
Et poterunt antris reprobos expellere ſvetis,
Et monſtra in præceps, ſede remota, dare.

156. Ad Steph. Gamberotium, præcipuâ autoritate Virum.

IN populo, nulli bellorum laude ſecundo,
Mens tua ſecreti eſt conſcia conſilii.
Agnoſcens igitur victricia facta Serini,
Cum qvovis ægrè fers mala fata bono.

157. Affectus Chriſtiano-Turcicus.

NUbila jecit, jubila fecit raptus, at aptus,
Nubila qvem totum, magne Serine, tegant.

158. In Turcam.

RIdes, qvòd tergum non vapulet amplius inſons.
In facie poſthàc, pernicioſe, lues.

159. Ad Jo. Franc. Clauſingium, Theol.

MIlitiæ Phœnix morſu ſuis interit. ejus,
Opto, Phœnices proferat octo cinis.

Ad

160. Ad Paulum Ottonem Vereggium.

FUnera ſi qvæqvam cujuſqvam ingrata, Serini
Sunt fata invitè percipienda Ducis.
Indignè ut cecidit, ſic dignus vixit, ut ejus
Facta, & ſint omni fata canenda die.

161. De Serino Heroe.

TEmpore ſupremo ſtolidè feciße videtur,
Qvando poſtremum cuſpide fixit aprum.
O modò tunc etiam feciſſet cautius Heros!
Sarcaſmos fugeret, ſtulta Caniſcha, tuos.

162. Ad Nic. Serinum.

QVòd ſua clam nobis abſolvant ſtamina Parcæ,
Fato improviſo, magne Serine, doces.

163. Ad P. Serinum.

OFficio, & factis imiteris ut, optime, Fratrem,
Millia Petre decem Pannoniæ eſto Virûm
Nullus aper vincat ferus, aut Gogæus, at omni
Tempore ſit proprium vincere, Petre, tuum.

De

64. De opt Serino.

MIles erat, Chriſtianus erat, ſed utroq; probatus,
Militiâ nôrat cum pietate frui.

165. In Turcam.

VIrga qvidem, qvæ Te percuiſſit, Turca, ſoluta eſt,
At nectit ſcopas, qvas patiâre, Deus.

166. Obitus Serini.

CUm nolint homines fatum deflere Serini,
Porrectis defles, dire Cometa, jubis.

167. Ad P. Serinum.

FRatris in officium jurâſti, Fratris in omneis
Virtutes jura. Sic redivivus erit.

168. Ad Stephanum Hanium Theol.

SErrinus, Chriſti qvi defenſavit honorem,
Sangvine, fortunâ, ſanctus, & æqvus erat.

169. De Fuggero Comite.

MIlitis ipſe ſui Fuggerus concidit ictu,
Et, qvæ glans hoſti debuit, hoſpes habet.

180. Ad

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0072
DFG

170. Ad b. m. Coarium Heroa.

*Cœdere quando juvas viginti millia quinq;,*
*Scandenteis cœlum concomitâre Comes.*

171. In Exercitûs Gogæi Imperatorem.

*Optima militiæ pars eſt mihi, dicis, ademta.*
*Nulla fides verbis, peßima namq; fuit.*

172. De Strozio Heroe.

*Plumbato cecidit, Romæ ut Borbonius olim:*
*Heros Borboni pectore namq; fuit.*

173. In Rapaſium.

*Punica qvòd tua ſit, Rapaſi perdite, dicunt.*
*Pace tuâ, qvòd ſit Gogica, credo fides.*

174. De P. Serino Heroe.

*Fraterna implebit Petrus feliciter acta,*
*Officii poſtqvam gratia facta fuit.*

175. Epitaphium Serini.

*Ille Leo, qvem non temerè Jovis Ales amabat,*
*Sed tenerè, tenui conditur ecce loco.*

176. Ad Nobiliſſ. Paulum Ottonem Vereggium deſignatum Curiæ provincialis Conſil.

*Cui*

*Cui, ſi vixiſſet, vel maxima terra fuiſſet*
*Vix ſatis, huic tumba eſt jam ſpacioſa nimis.*

177. De Serino Heroe.
Ad Joh. Franciſcum Clauſſingium Theol.

*Suſcepit cœlum, ſuſcepit terra Serinum;*
*Heros namq́ polo ſerviit, atq́ ſolo.*

178. De Serino Heroe.

*Cui genitor Mars, & genitrix Bellona, Serinus*
*Bellator ſummus (Goge fateris) erat.*

179. Ad Jeremiam Bruneggium V. Cl.

*Nunc jacet ille, feros qvi ſtrenuus ivit in hoſtes,*
*Qvem nemo potuit perdere, præter aprum.*

180. Ad Paulum Ottonem Vereggium. Veitendorpl Hæredem.

*Serrini virtus cur non Heroica magni*
*Corporis exuvias eſt comitata ſui?*
*Cauſa ſubeſt. teſtamento legavit eandem*
*Cœſaris, egregium munus amanto, Viris.*

181. Ad Hardevigum Hanium Theol. de. 6. Febr. 1665.

*Unde-*

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn727400584/phys_0074 DFG

Undecies annos ſi qvinq; Serinus haberet,
Hôc poßum vitæ qvot numerare die,
Et poßet torvos Gogi compeſcere vultus,
Ex pingvi macrum conficiendo Canem.

182. In Militem Gœgæum.

Ex corio fierent ſi timpana rauca Serini,
Te ſonus in ſubitam verteret ille fugam.

183. De incomparabili Serino.
Ad Jacobum Schertlingium, V. Cl. & Ducis Conſil. intimum.

Maximus & minimus fuit invictiſſimus Heros:
Ille fuit reliqvis; hic fuit ipſe ſibi.

184. Ad Paulum Ottonem Vereggium. Virum nobiliſſimum.

PRro grege contendens ſimul, & pro Lege Serinus,
Integer, & totâmente ſernus erat.

185. Ad Joach. Chriſtoph. Behr/Semmeloviæ. Dn.

INter Pannonios Heroas Penè Serinus
Fuit unus inſtar omnium.

Epitap-

186. Ad Frid. Sartorium, Senat Guſtr.

*RUmoris coctor, non dens, ſed dextra Serinum*
*Oppreßit, dignus dente, manuq́ꝫ fuit.*

187. Epitaphium.

*PAnnoniis Mars, Threiciis mors dira Serinus,*
*Quem fera ſuppreſſit trux miſerè, jacet hîc.*

188. Ad Lectorem.

*MUlta tibi dicam, ſed verbo, verba Viator:*
*Tumulo Serinus hoc jacet.*

FINIS.
LIBRI SECUNDI.

---

ERRATA.

*Libr. 1. Epig. 85. Goge.*
*Lib. 2. Epigr. 3: utinam.*

*In reliqvis Lector prudentiam advertet.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727400584/phys_0077
DFG

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0078

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727400584/phys_0079
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn727400584/phys_0080
DFG

*Ad Dn. DAN ... ANUM,*
*Superi ...*

J*anus* erat bil ... s hæc or-
... go.
Hinc, Super ... men & o-
... habes.

*Ad Dn. PE ... ISEN-*
*H ...*
*Not. Publ. ... um.*

Qvem ma ... ujus ma-
... tem,
Qvam mea ... qvi ſibi
... vet?
Qvod tibi con ... cui Soror
... Patris:
Tu mea p ... nomina
... foves.

*Laure ... t.*

L Aurea qv ... eqvennt
... Vates,
Vena Poëta ... rta calet.

Ergò